Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



107

nera potest. Beatus ille cui dicit dns. Quod cuq; superogaueris reuertens
redde tibi. Bonus dispensator. qui etiam supererogat. Bonus dispensator. pau
lus. cui sermones & epistolę uelum rationi quam acceperat superfluunt.
moderatum dni mandatum propere in moderato labore mentis & corporis
exercitus. ut multos abegritudine graui spiritalis alloquii dispensatio
ne reuelata redarguit. Bonus ergo stabulari stabuli eius in quo cognouit asinus p
sepium dni sui. & in quo greges claudunt agnorum ne frementib' ad eau
las rapacib' lupis facilis inouisit ingressus. Spondet ergo mercedem
se reddituru reuertenti. Quando reuertetur dnc. nisi in die iudicii.
Hamlicet ubiq; sis semper stans in medio nostrum. non certaris a nobis. erit
tam tempus quo uniuersa caro respiciat reuertentem. Reddes q̃ qd debes
Beati quib; es debitor. Vtinam nos simus idonei debitores. utinam quod
accepimus possimus exsoluere. ne nos aut sacerdotii aut ministerii munus
extollat. Quomodo reddes dnc ihu. Promisisti qui de incęlo bonis copio
sam cum mercede reddes tam & cum dicis. euge bone seruc. quo sup pauca
fidelis fuisti. sup multa te constituam intra in gaudium dni tui. Ergo qm
nemo magis proximus. quam qui uulnera nra curauit. diligamus eum quasi
dnm. diligamus & quasi proximum. Hichil enim tam proximum quam caput mem
bris. Diligamus eum qui imitator est xpi. diligamus eum. qui in opiçal
terius corporis unitate compatitur. Hon enim cognatio facit proximum
sed misericordia sedm naturam. Hichil enim tam sedm naturam quam iuuare con
sortem naturę. Dictum est igitur de misericordia. sed non una est forma uirtu
tis. Subiciatur martha exemplo & mariae alterius operib' actuosa
deuotio. alteri religiosa mentis intentio di uerbo. quę si cum fide congru
at etiam ipsis operibus anteferatur. iuxta quod scriptum est. Maria
optimam partem sibi elegit. quę non auferetur illi. Studeamus igitur & nos habe
re. quod nemo possit nobis auferre. non ut pfunctoria. sed ut diligens
audientia deferat. Solent enim etiam ipsius semina uerbi cęlestis auferri. si secus uia sint seminata. Agat te sicut maria desiderium sapientiae